

612 imp. Caesar C. Valerius Diocletianu[s] | Pius Felix invictus Aug. | Iovi conservatori.

Fabrateriae, prope Fregellas, rep. (X 5576 vidit Mommsen).

613 perpetuo imp. [d. n.] | C. Aur. Val. Diocletiano | P. F. Aug., cuius providentia etiam | lavacrum ther[marum] Antoni[nianarum] fundi[tus] | eversum sua | pecunia ampli[catum] populo suo | exhiberi iussit.

Nicomediae, semel descripta saec. XVI (III 524). — De operibus publicis Nicomediae a Diocletiano extractis testes sunt auct. de mort. persec. c. 7 et Victor Caes. 39, 45.

614 aeterno imperatori | nostro maximo op[timo]que principi, | Aurelio Valerio | Diocletiano Pio Fel[ic]i invicto | Augusto | Paetus Honoratus v. [c.] | corrector Itali[ae], | numini eius dicatissimus.

Patavii (V 2817 semel descripta saec. XVI). — 1) De munere correctoris Italiae cf. Mo. eph. I p. 140, Staatsr. II³ 1086 et Marquardt Staatsverw. I² p. 229.

615 imp. Caes. C. Valerio | Diocletiano | Pio Felici | invicto Aug. pontif. max., | Britannic. max., Germ. | max.¹, trib. potest. II², cos. II, | p. p., procos., | honorati et decurion. | et numerus militum | caligatorum.³

(In latere) cura agentibus | Cn. Sergio Mercurio | M. Licinio Privato | Ti. Claudio Sosipole | magistris qq. lustris XXIX.⁴

Romae, sed oriunda videtur Ostia (XIV 128). — 1) Britannici nomen in titulis Diocletiani multo postea demum comparet, et post Germanici Sarmatici Persici vocabula collocatum; nec tamen ideo crediderim (cum Wilmannio) Britannici nomen a Diocletiano depositum et postea rursus admissum esse. — 2) A. 285. — 3) Ita appellabatur Ostiae plebs collegii fabrum tignuariorum. — 4) Tres magistri quinquennales eiusdem collegii fabrum tignuariorum Ostiensis; unus ex eis, M. Licinius Privatus, redit in inscriptione quam infra dabimus inter municipales. Videntur autem tres viri illi magisterio functi esse multo ante Diocletianum, et basis olim alii dedicata fuisse (cf. XIV l. c.).

616 d. n. Au[r.] Valer[i]o Maxim[i]ano inv[ic]to P. F. Au[g.] p. m., nobi[l]issimo C[ae]s. M. VII.

In Numidia, columna miliaria nescio cuius viae (VIII 10596 semel descripta ab homine ignoto, sed accurate puto). Videtur esse Herculi Maximi, nondum Diocletiano aequiperati (cf. VIII 10229. 10259. 10285. 10571). Cf. Seck comm. Woelfstin. p. 51 seq.

617 Iovi, Herculi, Victoriae | imperator Caesar Gaius Aurelius Valerius Diocletianus Pius | Felix invic. Aug. pont. max., Germ. max., trib. pot. V¹, cos. III, p. p., procos., et | imperator Caesar Marcus Aurelius Valerius Maximianus Pius | Felix invic. Aug. pont. max., Germ. max., trib. pot. III², cos. II, p. p., procos., | invictissimi principes nn., totius orbis restitutores, | castra cohortis I Aug. praet. Lusitanorum³ | providentia suae maiestatis extracta dedicaverunt.